

transiverunt cum magno periculo, in quo multi sunt submersi: & venerunt in Zoppola, & Ceyraia, & Castigliono, in quibus Villis per plures dies moram duxerunt, nos de Maniaco s̄epissime invadentes; & non solum ipsi de exercitu, verum etiam gentes de Turri, de Valvasono, de Spagnimbergo s̄epissime nos de Maniaco insultabant. Nos autem de Maniaco ab omnibus nos invadentibus bellicose & potenter cum fortissimis nostris fidelibus vicinis defendantes; ipsos & ex ipsis s̄epissime, cum ad nostram perveniebant destructionem, offendentes. Uno die cum de dicto exercitu ad nostram lāsionem venissent circa ducenti equites, de quibus circa sexaginta venerunt in Civitellam, totidem in Platiam, & tertia & major pars ad plateam Maniaci famuli, hora meridie de nostris sexdecim socii eunt in Civitella, præfatos adversarios de Villa expellentes, ipsos extra villam & super roja Colvaræ viriliter persequentes: & ibi duo boni equi eis mortui fuerunt. Et finaliter nostros verecundose relinquentes; ad pontem vero, sive ad plateam forte quatuor socii invadentes: qui prædictos, qui intus de Fortilitio intrare satagebant, & ab equis jam descenderant, qui subito vix in equis ascenderentes, fugam in plateam recipientes. Tunc major comitiva de nostris velocius in juvamine nostrorum venientes, præfatos inimicos de platea cum sagittis, balistris, & eorum armatis vilissime depulerunt. Et per similem modum tertia societas de nostris prosequens prædictos adversarios ad plateam Maniaci famuli, turpiter ipsos extra ipsam Villam expulerunt.

Et ipso die certi ex ipsis inimicis euntes Maniaco livri, commoti ex nimia tristitia, quia contra nostros triumphum non obtinuerant, sed damnum & verecundiam receperant; ipsam Villam Maniaci (*a*) livri combusserunt: & sic reversi ad campum verecundanter, modum dederunt. Et de mane reversi sunt ad nos in crepusculo diei, quia totus exercitus peditum & equitum furtive nocte eunt per lectum Colvaræ in Vorada, & exinde venientes per Colles & Montes pars ipsorum: quos tamen de nocte sensimus, & per quasdam mulieres de Basalgella habitantes in domibus mei (*b*). Joannis Notarii quondam Aylini, quæ ad Villam ipsam iverant pro factis earum; quæ dum essent in ipsa Villa, auditis tubis & sonitibus ipsarum gentium, ipsisque gentibus visis, illico vénientes Maniacum, nobis dixerunt hora mediæ noctis, videlicet Nobili & Circumspecto Juveni D. Luchino quondam Nobilis & egregii Viri D. Nichili de Maniaco; quia D. Odoricus ejus frater nimia vexabatur infirmitate, taliter quod a thoro se volvere non valebat; D. Baldassar moram (*c*) trahens Utini cum filiis suis tunc temporis, Jacobum Laidam de Aviano cum Laurenzutto quondam Joannis Mottæ in domo sua habens; S. Bartholomæus quondam D. Odorici erat super Comitatum Tyrolis. Qui vero D. Luchinus, illico habito novo a dictis feminabus de adventu ipsarum gentium, convocatis vicinis, & a somno excitatis, ut quilibet esset provisus ad obviandum insulto adversiorum; quia Villam totam reliquimus, & reliquam habebamus, & omnia nostra reduxeramus in Castro, dum ipsæ gentes steterant ultra Tulmentum: & recolligentes minuta, & blada, ac vinum, ipsum Castrum nobilissime divitiis implevimus; & in tanta copia, quod per annos quinque & ultra Castrum bene erat fulcitum omnibus necessariis.

(*a*) Loci pars altera dicitur ab Auctore Maniacum famulus, altera Maniacum livrum, seu liberum.

(*b*) Opusculi auctorem se prodit Joannes Notarius filius Aylini.

(*c*) Cod. Maniac. moram trahebat.

Qui vero vicini dum surrexisserint, & per horam ante portam loci stetissent; nihil sentientes, dormitioni se posuerunt. De mane vero, ut dictum est, in crepusculo diei dum nostri Castrum exirent, & ad Villam jam aliqui ivissent, rumor apparuit; ita quod in Villa, & in Montibus insultatio nobis data fuit: (*d*) venientes super collem Grisollum, cum balistris grossis de Molinellis, & arganellis rochettas in Castro trahentes in tanta copia, quod aer videbatur accensus. Et propterea nullum damnum nobis intulerunt, licet multas super teatis jaſtaverint: tamen gratia Domini, ex defensione bonorum vicinorum nihil nobis nocuerunt. Et ipsa die Villam totam combusserunt, pauca tamen nobiscum fuerunt lucrati. Et illo die mortui fuerunt de nostris Candidus Basini cum uno telo in capite, & de eis multi percussi: & sic reversi sunt ad eorum campum in Castigliono, & Zeyraia.

Nos autem de Maniaco non exterriti pro consummatione domorum combustarum, animum robuste fumentes, & ad nocumentum inimicorum procedentes contra homines Meduni, qui ad nostram lāsionem cum ipsis inimicis venire præsumperunt; cum felici Pinello domus Maniaci s̄epissime ante portas Meduni eunt, locum exterminando, & villicos capiendo, bona ipsorum derobando. Ad tantum devenerunt ipsi de Meduno, quod se uno die parti nostræ dare volentes; sed nullus fuit, qui signum concordii, & pactum recipere voluisse. Dum uno die ipsi de Meduno ex timore nimio Caputium unum circumcirca ducerent, pacta requirentes; nostri vero animum voluntarium habentes, non attendentes ad eorum requisitionem, putabant eos illa die superasse: & extra muros villam totam cremaverunt & campanas, & gravissimum damnum illis intulerunt, & de eorum animalibus & vicinis Maniacum captivantes concluserunt. Et sic quasi omni die nostri ipsos insultabant, & damnum gravissimum eis inferebant. Et uno die dum S. Bartholomæus quondam D. Odorici venisset de Comitatu Tyrolis, ipsos de Miduno insultaverunt: & ex ipsis quatuordecim ceperunt de Menfe Martii in M. CCC. LXXXVI. (*e*) qui dati & præsentati fuerunt prædictis Dominis Luchino, & Odorico fratribus, & quibus imposita fuit talea Ducatorum ducentorum, & duos alios habebat dicti Domini in carceribus. Qui omnes dicti de Meduno solverunt mille libras soldorum, quas ego Joannes Notarius quondam D. Aylini de Maniaco recepi in Castro Mizzæ, præsente D. Nicolao de Fena, & duxi in Maniaco. Nobilis D. Baldassar ante principium ipsius guerræ moram trahens Utini, duci fecit filios suos Utinum. Guerra ipsa incepit in M. CCC. LXXXV. in Festo S. Crucis, sive in vigiliis ipsius Festi.

Gentes Domini Paduæ stantes in Turri, nos de Maniaco invaserunt, nullam ab eis custodiæ habentes. De mane cum vicini exirent ad opus & ad vindemiam, & ipso die captus fuit Olvardinus de Utino pictor prope domum (*f*) Zanniti de la Centa: sed per Brandilisum ejus filium & alios vicinos illico fuit de manibus ipsorum redemptus. Et erant equites & pedites numero sexaginta cum uno Tamburlino; tamen animalia aliqua secum duxerunt, & quemdam Indrigutum pauperem nostrum vicinum, qui tamen de eorum manibus fugam cepit, & venit Maniacum. Bartholo-

(*d*) Cod. Maniac. ipsæque gentes venientes.

(*e*) Quæ haecenarravit Auctor, contigerunt post Septembrem anni 1385. quo bellum hocce Forojuliense incepit, ut infra idem Auctor adnotat.

(*f*) Cod. Maniac. Zannetti.